



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

B. Lavrentivs Cornelio Schvltingio Gymnasii Laurentiani Regenti &
Professori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

LVS
D
B. LAVRENTIVS CORNE-
LIO SCHVLTINGIO GYMNASII

Laurentiani Regenti & Pro-
fessori.

L Auream LAVRENS tibi sempiternam
Vendico; nam tu mihi laureatus
Pubus es nostra studio, magister,
Perpete flagrans.

Quinque Urbem Latiam potestas
Sancta lustrasset redeunte lustro,
Quod bonas artes bonus administras
Ore, stylog.

Artium tantum nec eras sacerdos,
Atq; Musarum vigilans magister;
In tuos maiora humeros residunt
Pondera rorum.

Cura te solum studiosa spectat;
Creditor rerum tibi quod mearum est,
Creditor concors tibi disciplina,
Cura domusq;.

Ergo Laurentium iuvenes gubernas,
Atticos necnon Latinos, poetas
Et Sophos, iusta moderans lyceum
Lege meorum.

Languet ex Martis furia scholarum
Splendor, & clades operit Camanas;
Censibus nam te minuunt, scholasq;
Tempora dura.

V.
†††

Fundis

Fuudis effusa quod habes benignus
Et pia dextra: remanens egestas
Te premit: sunt hac tua liberalis

Premia saepe.

Sed tamen factis aliud mereris,
Et tui manes aliud merentur
Fratris, aeterna licet hi fruantur

Luce piorum.

Syndicus magni PETRVS hic Senatus,
Cui modò parent Vbi potentes,
Te facit magnam monitore nostro

Rem sub honore.

Montis ad sacri iuga qua Camana
Thomias regnat, cariota moles
Stabat, à nostris habitata dudum

Gymnasiarchis.

Duxerat rimas, oneri fatiscens
Pendulo: PETRVS rogitat senatum,
Transferat sedem domino sequenti

Hanc, & ementi.

Sancta FRANCISCI loca diuiduntur,
Et datur nobis PARADISVS eius,
Sorte felici, redimente numo,

Aula librorum.

Pergit hinc PETRVS, numerat Dalerùm
Millium pondus precibus coactum,
Surgit introrsum domus & sub illo

Vertice floret.

Septa KVICKHOVVS moderatur horti

Perpe-

*Perpetis: floret paradisus idem,
ante FRANCISCI, mea nunc voluptas,
Palladis aula.*

*Eccelaureti viret hortus, affert
Laureas flores varios, & herbas,
Arborum dulci grauidumque nectar
Caudice stillat.*

*Est RVRAEMVNDAE titulus, meumque
Nomen est, Laurus viret, & liquores
Sunt RVRAE, rores saliant ab alto
Fonte caballi.*

*Floruit sub te mihi Christiana, &
Dotibus magnis viguit iuuentus:
GASPARI, florens satis, VLEBER ●●
Plurima debet.*

*Vt tibi debet: studio merendi
Ambo certatis, nec amice curam
Qui locum mutas; ope prodes illis,
Consilioque.*

*Ergo Laurentum decus auiternum,
aucte tam multis operum coronis,
Cincte tantorum meritis laborum,
Viuito felix.*

ZELVS